

1375 [M.] Bennio M. f. Ru[fo]¹ | procuratori | [i]mp. Caesaris Augu[sti], | Oenses² ex provinc. Afr[ica].

Neapoli (X 4684 descripsit Mommsen). — 1) Eiusdem fuit fistula plumbea rep. Cumis (X 5715). — 2) De Oea (hodie Tripoli) cf. C. VIII p. 3.

1376 M.¹ Acilio M.¹ f. G[al.] | Rufo procurat. | Caesarum con|ventus Tarrachon.

Sagunti (II 5840 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Apographa variant inter M et N.

1377 M. Vettius Marcellus¹ proc. Augustorum | et Helvidia C. f. Priscilla Marcelli, s. p. f.²

Teate Marrucinorum (IX 5019 vidit Dressel). — 1) Idem sine dubio Vettius Marcellus eques Romanus res Neronis procurans, in cuius praediis Marrucinis ultimo Neronis anno prodigium aliquod evenisse narrat Plinius h. n. 2, 199. 17, 245. Augustorum procurator dicitur aut ideo quod procuravit compluribus principibus, aut quod procuravit Augusto et Augustae. Cf. Hirschfeld Verw. I p. 300. — 2) Sua pecunia fecerunt.

1378 L. Baebio L. f. | Gal. Avito | praef. fabr., trib. | mil. leg. X Gem., proc. | imp. Caesaris Vespasiani | Aug. provinciae Lusitaniae, | adlecto inter praetorios.

Romae (VI 4359 saepius descripta saec. XVI).

1379 Q. Petronius C. f. Pu[p.] Modestus p. p. bis | leg. XII Fulm. et leg. I Adiut[ri]c., trib. mil. coh. V vig., | tr. coh. XII urb., tr. coh. V pr., pr[oc.] divi Nervae et imp. Caes. | Nervae Traiani Aug. Germ. provin[c. His]paniae citer. Asturiae et | Callaeciarum, flamen divi Claud[i, de]dit idemque dedicavit.

Tergeste, postea Venetiis, deinde pars Catai (V 554 partem vidit Mommsen). Etiam alterius exempli huius tituli fragmenta nonnulla extant (V 555).

1380 [D. Iulio D. f. Vol. Capitoni]¹ | trib. mil. leg. II | Adiutricis, censori | civitatis Remor. foeder., | proc. imp. Nervae Traian. | Caes. Aug. Germ. Dacici | Optimi provinc. Astur. | et Callaec., | conventus Asturum. | L. d. d. d.

Viennae (XII 1835 contulit Hirschfeld). — 1) Nomen, quod perit, Renier (mélanges d'épigraphie p. 64) probabiliter supplevit ex titulis Viennensibus XII 1869. 1870, qui videntur eiusdem hominis esse.

1381 L. Faesellio | L. filio An. | Sabiniano | proc. i[m]p. Anton. | Aug. Pii [pr]ov. Pan. inf., | proc. XX [he]r.¹ region. | Campan. Apu[l.] Calabr., | [e]quo publ., aug., IIIvir., | IIvir. quinq., [f]la[m.], | patron. col., | colleg. [c]enton. | patron[o] opt[im.] et rarissim. | Honor. acce[pt.] impens. remiss. | L. d. d. d.

Arimini (XI 578 semel descripta saec. XV). — 1) Procuratori vicesimae hereditatum.